Alexander Grzegorski, aut eius Successores ad Instantiam prae: fatorum Generosorum Stanislai Tyrawski et Annae de Kazow Coniugum, aut ipsorum Successorum, ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense, ex hinc recessu separati: tio, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare Iuri: parere, respondere, Vadium praefactum luere, Inscriptioni huic Satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebi: tur, seque ac suos successores, ad eadem omnia inscribit et obli gat praesentibus, eundem Terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Ter: minos semper peremptorios, Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum, legatione intra Vel extra Re: gnum, servitio militari ad munimenta ad Exercitum Vel alijs quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Vltra proximos officij praefati Ca: strensis Capitanealis Praemisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplici: bus Vel triplicatis, Cassationibus, suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Terrestri, bello Conventioneque, ac alijs omni: bus Iuris remedijs et defensis, non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo. Hac sua praesenti personali reco gnitione ad praemissa omnia et singula mediante

Sokolnicka et Bijskeiowski Grochowskiemu Obligant. 132

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesenti: bus Castrensibus, Capitanealibus Praemysliensibus Generosi: si Helena Tymicka primanem olim Generosi Pabi Byskeiowski

+

Secundarum Vero nuptiarum ad praesens Generosi Christophori Sokolnicki Consors legitima et Martinus Byszkeiowski supraescripti olim Generosi Petri Byszkeiowski cum memorata Generosa Helena Tynicka procreatus filius, Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq. Suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet, Se cum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq. Subijciendo palam, libere, publice, ac perexpressum recognouerunt, et quilibet illorum Seorsim Suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem Consors cum eiusdem Mariti Sui Vt Tutoris Coniugalis personali assistentia et Vltroneo ad infra scripta recognoscenda Consensu bona Sua Iuribus Sui Recognoscentium Subiecta, Videlicet Sortem certam in Villa Zaleiowka in Terra et Districtu Sanocensi iacentia et consistentia cum omni praemissorum Iure Dominio, proprietate, tituloq. obligatorio, cumq. omnibus et Singulis bonorum eorundem Vtilitatibus, fructibus prouentibus, redditibus, emolumentis Commodis obuentionibus, attinentijsq. et pertinentijs ad eandem Sortem spectantibus generaliter Vniuersis, nihil ex praemissis Iuris Dominij proprietatis, ac cuiusuis Competentia et praerogatiua pro se Recognoscente Suisq. Successoribus aut quopiam alio reseruando Seu excipiendo, Verum ita late, longe, circumferentia literq. prout praefatorum bonorum praesentibus obligatorum haereditas se in Suis metis et limitibus ab antiquo extendit et praetenditur, et prout eadem ipsimet Recognoscentes tenuerunt, habuerunt, et possidebant, ipsosq. Concernebant, ac eisdem legitime Seruiebant. Iam ex nunc et de facto Generoso Grochowski Vel eius posteris in Summa Quadringentorum Florenorum Polonicalium, hinc et a 6 a die praesenti ad Festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli post triennium

integrum.

integrum proxime Venturum incidens, et in defectu pro tunc eorundem bonorum Exemptionis, Summae[que] memoratae Quadringentorum Florenorum Polonicalium totalis et integrae realis persolutionis extunc de biennio ad biennium Festo ad Festum, pro simili die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli se se determinans, annis et Festis, continue et immediate sequentibus, Usq[ue] ad exemptionem bonorum eorundem Summae[que] memoratae totalis et integrae realem ac effectivam persolutionem, obligaverunt, inscripserunt et invadiaverunt, prout obligant, inscribunt et invadiant praesentibus. In quae quidem bona suprascripta praemissaq[ue] omnia praesentibus per se Recognoscentes obligata et invadiata iam ex nunc et defacto iidem Recognoscentes Generosi Helena Sokolnicka et Martinus Bystrzeiowski, praefato Generoso Grochowski obligatario suo eiusq[ue] posteris coram officio praesenti, dant et admittunt, realem intromissionem, et actualem pacificam[que] possessionem per Ministerialem quemcunq[ue] competentem et Nobiles duos die quacunq[ue] voluerit officiose acceptand[am]. Per ipsum obligatarium suum ipsiusq[ue] posteros, haec eadem bona, praemissaq[ue] omnia praesentibus invadiata cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus, attinentiisq[ue] et pertinentiis generaliter omnibus tenendi, habendi, et possidendi, illisq[ue] quiete et pacifice Usufruendi, ac ad Usus suos suorumq[ue] Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, modo ac iure obligatorio. Debentq[ue] et tenebuntur memorati Recognoscentes, prout se ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, Summisq[ue] pecuniariis quibusvis habitis et habendis, eidem suprascripto obligatario suo inscribunt et obligant praesentibus ipsum et eius Successores in dictis bonis praemissisq[ue] omnibus praesentibus per se Recognoscentes invadiatis, et ratione eorundem omnium ab omni et

quavis impetitione Juridica, quarumcunque personarum cuius cunque Conditionis, Status et Sexus cuiusvis existentium exoriunda in omni Judicio et officio Regni Semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere, intercedere, et elibarare, indemnesque cum posteris reddere, necnon hæc eadem bona præmissaque omnia præsentibus per se Recognoscentes obligata et invadiata, ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus Super præmissa omnia modo quovis cuiuscunque personarum factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus, in eadem bona suprascripta modo quocunque importatis et importandis, tum denique et per eueris processibusque Juris quibusvis in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus et in quovis Judicio et officio Regni obtentis et obtinendis ac Super præmissis bonis præsentibus obligatis perductis et perducendis, emundare et eliberare, mundaque et libera Semper facere, ac etiam Intromissionem præfatam Coram officio præsenti admissam in fundo bonorum præsentibus invadiatorum, dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiratur non denegare, imo debebunt et tenebuntur eandem libere dare et effectualiter admittare, dataque et admissa eadem, possessionem et Usum fructum, præmissorum omnium præsentibus invadiatorum, quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non præpedire, nec adimere, ipsumque obligatarium suum et illius posteros, in præmissis omnibus præsentibus obligatis nullo modo iniuriari, ita Ut hæc eadem bona præmissaque omnia præsentibus invadiata, idem obligatarius suis cum suis posteris quiete et pacifice præsentis Inscriptionis obligatoriæ Vigore tenere habere et possidere queat illisque Uti frui possit, Usque ad Exemptionem bonorum eorundem summæque memoratæ totalis et integræ realem ac effectivam

probitionem

persolutionem. Idq Sub Vadio Similis Summa Quadringentorum Florenorum Polonicalium per eosdem Recognoscentes sive eorundem Successores, Suprascripto obligatario Suo ipsiusq Successoribus, ob non Completionem præmissorum omnium et Singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad Soluendum Succumbendum. Pro quidem Vadio modo præmisso ad Soluendum Succubito ac pro re ali qua principali ex præmissis non Completa Complenda. Citati existentes memorati Recognoscentes Generosi Helena Sokolnicka et Martinus Byszczowski Sive eius Successores Ad Instantiam præfati Generosi Grochowski obligatarij Sui Sive eius posterorum ad officium presens Castrense Capitaneale Præmisliense Sive etiam Castrense Capitaneale Sanocense, ad quod prius ex ipsis Citabuntur ex tunc recessu Suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, Stare, Iuri parere, respondere, Vadium præfactum lucre Inscriptioni præsenti Satisfacere, ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, Seq ac Suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant præsentibus, illum Terminum primum peremptorium, Vti et alios omnes exinde Consequentes Causæ eiusdem Terminos, Semper peremptorios, Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Exercitum Vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem præterea, Vltra proximos effectus præfati Castrensis Capitanealis Præmisliensis Sive Castrensis Capitanealis Sanocensis Terminos dilationem Sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis Simplicibus Vel

Triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalitis Juris præscriptione Terrestri, bello Conventioneq; ac aliis omnibus Juris remediis ad defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis eruendo. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Tidem eidem suo pro interesse Roborant

1329

Comparentes personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosi Helena primorum olim Generosi Petri Bystrzeiowski, ad præsens Vero secundarum nuptiarum Generosi Christophori Sokolnicki Consors legitima atq; Martinus Bystrzeiowski olim memorati Generosi Petri Bystrzeiowski secum Recognoscente procreatus filius, sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibusq; Juribus Jurisditionibusq; suis quibusvis propriis et competentibusq; recedendo præsenti Vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Jurisditioni quo ad actum præsentem attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq; subyciendo palam libere publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem Consors cum eiusdem mariti sui Viti Juboris Coniugalis personali assistia et Idoneo ad infrascripta recognoscenda Consensu, se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq; pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant præsentibus Inlevreisam certam inter se Recognoscentes ab Vna et Generosum Grochowski parte ab altera ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa contentarum decretu.